potius q̃ conuertiſſe teſtetur euſebius pamphili nimirum ſi ma
le aliquando de hiis ſenſerit: ꝙ uero hic plotinus uel platonicus
alter: ita contra præcepta aſtronomiæ ãtiqua inſudet redargu
endo non miror. Græci enim omnes ferre id ſunt ſemper enixi:
ut alter alterum ſtudio ſe redarguat: etiã ſi adducãt in medium
leuia: non curat: quandoquidem terſa: & polita oratione utitur:
in qua credit facile omnes alios poſſe ſuperare: ſed audiamus
ipſos ſudore pectoris frigido anhelantes: contra aſtrologorum
inſtituta repetẽdo eadem: ut ipſi dicunt: rhetorice non dialectice
admittent forſan aſtrologi planetas uiuere admittent inq̃: ſed
non eo modo quo platonici: tamen nec malos eſſe natura: ne
que aliquem gradum celi malum ex propria natura fatebuntur
aſtronomi: ut ſepe reſponſum eſt: ideo ceſſat prima cauſa in
probans quod aſtrologi dicunt de planetis malis: uel ſtellis re
dit inſuper & ſecunda: cum ipſe non ſatis intellexerit naturas
ſignorum: & planetarum: & quare in una figura unus gaudeat:
alter non: & mala ſint loca: & figuræ appropriatæ: non ex natu
ra propria: ideo querit in tertia cauſa: quo pacto poſſi: planeta
hic uel ille euadere diuerſus in diuerſis gradibus: cumq; longiſ
ſimæ diſtet a gradibus poſſit illinc inſici: cum etiam cœlum ſic
corpus optimum diuinitati proximũ & ex quarta cauſa ſit uni
forme. ho: ho credidit bonus hic uir aſtrologos dicere planetas
debere inſici: ut hec inferiora non aduertens inſuper celum ĩ par
tibus ſuis diuerſiſſimum forte non reſpexerat celum debilitate
organi: contempletur celum: & uideat: ſi poteſt duas ſtellas om
nino ſimiles: quas ipſe etiam ſupra dixit diſſimiles: ultimo dicit
abſurdum eſt quod dicunt de angulis: quid eſt ergo ꝙ plotinus
dixit diuerſa in diuerſis regionibus fiunt eodem tempore: & ua
rietas locorum & figurarum ſuperiorum corporum cauſa eſt
uarietatis horum inferiorum: profecto abſurdum nimis eſt: &
puerile multum nugari: & contradictoria in eodem libro pone
re: & ignorata deridere: & eo magis libros nugis multiplicare:
piterq; malis hereſibus iplere: inſup oſtẽdẽtes ſe uidiſſe aſtrolo
gie ꝑcepta corũq; auctores: dicũt fingũt aſtrologi ãgulos ſucce
dẽtes & cadẽtes domos uel ptes celi: & horrent martẽ ẽt ſatur
nũ in angulis: & eũ duodecima collocant: martem in ſexta. quo
fit ut ſibimet contradicant: quia ſic eſſent contrarii in oppoſi